tes omnes cum gaudio magno gauisi
sunt.

XII.

Tunc vocauit ad se tobias filiū
suum. dixitq̃ʒ ei: Quid possu/
mus dare viro isto sācto qui ve
nit tecum? Respōdens tobias. dixit pa
tri suo: Pater quam mercedē dabimus
ei: aut quid dignū poterit esse beneficijs
eius? Me duxit ⁊ reduxit sanum: pecu/
niam a gabelo ipse recepit: vxorem ipse
me habere fecit ⁊ demoniū ab ea ipse cō
pescuit. gaudium parentibus eius fecit
meipsum a deuoratione piscis eripuit:
te quoq̃ʒ videre fecit lumen celi. ⁊ bōis
omnibus per eū repleti sumus. Quid
illi adhuc poterimus dignū dare? Sed
peto te pater mi: vt roges eū si forte di/
gnabitur medietatē de omnib⁹ que alla
ta sunt sibi assumere. Et vocantes eum
pater. s. ⁊ filius tulerunt eum in partē
⁊ rogare ceperunt vt dignaret̃ dimidiā
partē omniū que attulerant acceptā ha
bere. Tunc dixit eis occulte: Benedici/
te deum celi ⁊ corā omnib⁹ viuentibus
cōfitemini ei: quia fecit vobiscū miseri/
cordiā suā. Etenī sacramentū regis ab/
scōdere bonū est: opera aūt dei reuelare
⁊ cōfiteri honorificū est: Bona ē oratio
cū ieiunio ⁊ elemosina. magis q̃ʒ thesau
ros auri recōdere. qm̄ elemosina a mor/
te liberat. ⁊ ipsa ē que purgat peccata. et
facit inuenire vitā eternā. Qui aūt faci/
unt peccatū ⁊ iniquitatē: hostes sunt a/
nime sue. Manifesto ergo vobis verita
tem. ⁊ non abscondā a vobis occultū ser
monē. Quando orabas cū lachrymis ⁊
sepeliebas mortuos. ⁊ derelinquebas
prandiū tuū ⁊ mortuos abscōdebas per
diē in domo tua ⁊ nocte sepeliebas eos
ego obtuli orationē tuam domino. Et
quia acceptus eras deo necesse fuit vt tē
ptatio probaret te. Et nunc misit me do
minus vt curarem te. ⁊ saram vxorem
filij tui a demonio liberarem. Ego enī
sum raphael angelus. vnus ex septē qui
astamus ante dominū. Cunq̃ʒ hec au/
dissent turbati sunt. ⁊ trementes cecide/
runt super terrā in faciē suam. Dixitq̃ʒ
eis angelus. Pax vobis: Nolite timere.
Etenim cū essem vobiscū. p voluntatē
dei erā: ipsum bñdicite ⁊ cantate illi: vi/
debar quidē vobiscū manducare ⁊ bibe
re: sed ego cibo inuisibili ⁊ potu qui ab
hominib⁹ videri nō pōt. vtor. Tempus
est ergo vt reuertar ad eū qui me misit.
vos autē benedicite deū. ⁊ narrate oīa
mirabilia eius. Et cū hec dixisset ab aspe
ctu eorū ablatus ē. ⁊ vltra eū videre nō
potuerunt. Tunc prostrati p horas tres
in faciem: benedixerunt deum. Et exur/
gentes. narrauerunt omnia mirabilia
eius.

XIII.

Aperiens autem tobias seni/
or os suum: benedixit dominū
⁊ dixit: Magnus es domine
in eternum. ⁊ in omnia secula regnum
tuum. quoniam tu flagellas ⁊ saluas.
deducis ad inferos ⁊ reducis. ⁊ non est
qui effugiat manum tuam. Confitemi
ni domino filij israel. ⁊ in conspectu gē/
tium laudate eum: quoniā ideo disper/
sit vos inter gētes que ignorant eū. vt
vos enarretis mirabilia eius. ⁊ faciatis
scire eos. q̃ non est alius deus oīpotēs
preter eū. Ipse castigauit nos ꝓpter ini/
quitates nostras. ⁊ ipse saluabit nos ꝓ
ter misericordiā suā. Aspice ergo que fe/
cit nobiscū. ⁊ cū timore ⁊ tremore cōfite/
mini illi. regēq̃ʒ seculorū exaltate in ope
ribus vestris. Ego autem in terra capti
uitatis mee confitebor illi: quoniam o/
stendit maiestatem suam in gentē pec/
catricem. Conuertimini itaq̃ʒ peccato/
res. ⁊ facite iusticiam corā domino. cre
dentes q̃ faciant vobiscū misericordiā

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0492
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG